

3902 reperta una cum n. 3900, ubi vide, mox avecta est Romam in hortos Carpenses, ubi collocant non solum SMETIVS (ed., non ms. Neap. neque apud Waelsc.), sed etiam TORR. et BOISS., item inter inscriptiones extantes in vinea Carpensi recenset auctor MANVTII (Vat. 5253). Post hos nemo vidit.

L · CAESONIVS · C · FIL · QVIRINA · LVCILLVS  
 MACER · RVFINIANVS · COS · FRATER · ARVALIS  
 PRAEF · VRBI · ELECTVS · AD · COGNOSCENDAS · VICE · CAESARIS  
 COGNITIONES · PROCOS · PROV · AFRICAE · XXVIROS · EX · SENATVS  
 5 CONSVLTO · R · P · CVRANDAE · CVRATOR · AQVAVM · ET · MINICIAE  
 CVR · ALBEI · TYBERIS · ET · CLOACARVM · VRBIS · LEGATVS · PROV ·  
 AFRICAE · EODEM · TEMPORE · VICE · PROCONSVLIS · CVRATOR · R · P ·  
 PYTEOLANORVM · CVRATOR · R · P · SVESSANORVM  
 PRAETOR · KANDIDATVS · QVAESTOR · KANDIDAT  
 10 ELECTVS · IN · FAMILIAM · PATRICIAM · X · VIR  
 STLITIBVS · IVDICANDIS

Loco antiquo descripserunt Metellus Vat. 6038 f. 31'; auctor ignotus Borghinii p. 140; Ligorius Neap. lib. 35 p. 214, in cod. Viscontii 14, Taur. vol. 20 f. 79 et vol. 26 f. 25' et 138'; ab hoc puto habuit Smetius cod. Neap. p. 47, cum in excerptis Smetianis Waelscaplii f. 177 laudetur Ligorius ('Pyrrus vidit'), licet ipse Smetius in ed. 67, 8 dicat se vidisse. Romae descriptam referunt manus ignota apud Manutium Vat. 5253 f. 370'; Torrentius Brux. 4347 f. 4 missam ut videtur a Nicolao Florentio; Boissard ms. Holm. p. 56, Paris f. 150, ed. 4, 96; Zaratinus Castellinus cod. Vallic. R 26 p. 251. 267. Referunt praeterea Panvinius Rom. p. 327. 533 (hic vv. 1—3 tantum et v. 4 principium, unde eadem repetit

Ligorius Taur. vol. 14 et vol. 17), fast. ad a. 1018; Manutius orth. 25,9; Nicodemus hist. Tib. p. 110 (l. 4 c. 10) citans Manutium; Antonius del Re p. 74; Marzi II p. 238; Kircher Lat. p. 144. 210. Marini Arv. tab. LXII. Orelli n. 3042.

Varias lectiones adscripsi Metelli, Ligorii (cod. Visc. et Neap.), Smetii, Borghinii, Anonymi Manutiani, Torrentii, praeterea selectas Boissardi. 1 C pro L Borgh. Boiss. — CAESONIVS Borgh., sed adnotat 'in exemplo erat CASONIVS'; AFIONIVS Boiss. (ed., non ms. Holm.). — F (pro FIL) Lig. Borgh. — 2 AIR · RVFINIANVS Boiss. — 3 PRAET Borgh. — VRBS Boiss. (Holm.). — 4 COGNICIONES Lig., COLNITIONES Boiss. (Holm.). — XXVIROS Metell. Lig. Smet. Borgh., XXVIRO Boiss. Torr., XAVIRO Manut.; cf. infra. — SENATV Manut. Boiss. — 5 CONSVLTO · R · P Met. Torr. Lig. Smet. Borgh., ...VIRORP Manut., NORI Boiss. — ET · MINICIAE Lig., FO MINICIAE Manut., EIMINI Boiss. — 6 CVR · ALBEI Metell. Smet., II · IN · ALBEI Lig., LEGAT · ALBEI Borgh., ...ALBEI Manut. Torr., NIB · Boiss. ms., NIET Boiss. ed. — TYBERIS Met. Smet. Torr., TIBERIS Lig. Borgh. Manut. Torr. Boiss. — CLVACARVM Lig. (Neap., non Visc.). — 7 AFRICAE Met. Lig. Smet. Borgh. Boiss., ...ICE Manut., NARB · ET Torr. — EMPORIO (pro TEMPORE · VICE) Manut. — CVRATOR Met. Smet., CVRATORI Ligh. Borgh. Boiss. Torr., CVRATORIS Man. — R · P Met. Lig. Smet. Borgh., RE Boiss., M · P Manut. — 8 PYTEOLANORVM Torr., VSEQLANORVM Borgh., ...LOIANORVM Boiss., TVSCOLANORVM Met. Lig. (Neap.) Smet., TVSCVLANORVM Lig. (Visc., cum quo consentit Waelsc.), ...LIANORVM Manut. — CVRATORI Lig. (Visc.) Borgh. Manut. Boiss. — 9 QVESTOR Manut. — KANDIDATVS Lig. Manut. — 10 LECTVS Torr. Manut. — 11 ET · LITIBVS Boiss., SSTLITIBVS Borgh.

Caesonius Lucillus, qui parentibus posuerat titulos n. 3900. 3901, postea ut videtur, certe post a. 237, sibi ipsi posuit hunc titulum. Quando consul fuerit, incertum; non recte olim putabatur non diversus esse a Lucillo consule ordinario a. p. C. 265. Frater Arvalis fuit iam anno p. C. 213, ut apparet ex actis Arvalium eius anni; praeterea memoratur in actis a. 218; et hic et illic appellatur L. Caesonius Lucillus. Vigintivir ex senatus consulto reipublicae curandae, quod munus ex nulla alia inscriptione novimus, fuit Lucillus, ut vidit primus Marinius p. 800, a. p. C. 237, nempe unus ex eis vigintiviris, quos senatus Romanus accepto nuntio Gordianos in Africa imperatores esse appellatos creavit, ut Italiam contra Maximinum tuerentur (vita Gordianorum c. 10 cf. c. 14; Zosimus 1 c. 14; cf. Herodianus 8, 2, 5. c. 5, 5). XXVIROS, quod bona pars descriptorum tuetur, Henzenus (ad Orell. III p. 264) corrigi iubet in XXVIRCOS, coniciens viginti viros illos proprie dictos esse vigintiviros consulares, ut distinguerentur a magistratibus minoribus eiusdem nominis; Mommseno videtur scriptor dare voluisse *inter XX viros*. Sed fortasse cum minore parte descriptorum legendum est XXVIRO, et statuendum eum qui hanc inscriptionem dictavit ex casu primo lapsus esse in casum tertium; quae res ei accidisse videtur etiam in v. 7, ubi plerique auctores pro CVRATOR exhibent CVRATORI. In v. 8. quod contra plerosque auctores Lucillum statui fuisse curatorem non Tusculanorum, sed Puteolanorum, factum est propterea quod *Tuscolanus* pro *Tusculanus* non antiquum est sed medii aevi, deinde quod multo saepius coniungi solent curae municipiorum eiusdem regionis, ut fuerunt Suessa et Puteoli, quam regionum diversarum, denique propterea quod coniunctionem aliquam huius Caesonii cum Puteolanis etiam alibi mihi reperisse videor. Prodiit ex ecclesia aliqua Neapolitana, sed ablatum sine dubio ex rudibus Puteolorum, titulus huius Corp. vol. X n. 1687, quem L. Caesonio L. f. Quirina Quinto Rufino Manlio Basso clarissimo viro salio Palatino (reliqua munera enuntiare non attinet) posuit L. Caesonius Hedyllus procurator, ut appellari voluit, patris eius. Hunc L. Caesonium L. f. Quirina Manlium Bassum paene certum est fuisse filium eius de quo agimus L. Caesonii C. f. Quirina Lucilli (ad argumenta petita ex nominibus accedit quod etiam Caesonius Manlius Bassus fuit patricius utpote salius Palatinus, Caesonium autem Lucillum fuisse patricium titulus diserte enuntiat). Habuit igitur Caesonius Lucillus Puteolis procuratorem rerum suarum, fortasse quod praedia ibi possidebat, vel alia quacumque de causa. Crediderim hos Caesonios oriundos fuisse si non ex ipsis Puteolis, sed ex tractu hoc Campaniae, praesertim cum etiam pater Caesonii Lucilli, Caesonius Rufinianus, curator fuerit Teanensium et Tarracensium.

Ligorius apud Smetium in excerptis Waelscaplianis ait praeter titulos supra relatos prodiisse lapidem altum pal. 4 latum pal. 3 1/2, eius primum tantum versum legi potuisse, sic: C · CAESONIVS · C · FIL · QVIRINA · LVCILLVS (i. e. n. 3902 v. 1 mutato tantum praenomine), idem in ms. Taur. vol. 20 monumento Caesoniorum complures novos a se ipso excogitatos titulos tribuit, quos vide in falsis (unum ex eis repetiverunt post alios Marinius Arv. p. 793 et Orell. 2195).

3903 trovata a Corcollo, adscripsit MARINI.

DIS · MAN  
 p RAEF · COH  
 ANNIS · XV  
 HEI · C · ROH · 7  
 5 Q · V · MENSIB · III  
 praef. coh. II · ALPINOR · TRI · b.  
 MENSIBVS · VI · DIEB  
 VIXIT · ANNIS · -V  
 pro C · HEREDITAT · ARTICuleia  
 10 p PARENTES · INFELICISSIMI · SIB;  
 p OSTERIS · QVE · EORVM · FECERVNT

Manus ignota in folio singulari inter Mariniana Vat. 9127 f. 255.

Hic titulus videtur positus esse a parentibus filiis compluribus; certe anni vel menses vitae non unius hominis in hoc titulo perscripti erant, sed quattuor ut videtur (v. 3. 5. 7. 8). — 2. 3 praefectum alae agentem aetatis annum decimum quartum habuimus supra n. 2947; ceterum hic

potest suppleri (v. 3) *annis xv[iii] vel xv[iiii]*. — 4. 8 exhibui ut traduntur.

3904 marmo spezzato in mezzo trovato nella tenuta di Corcollo della casa Barberini fra Tivoli e Palestrina.

DIS MAN  
 C RVSTI  
 DIODORI  
 POSVIT SI  
 5 PATRI  
 PISSIMO

Manus ignota apud Feam sched. f. 333.

4 partes tantum inferiores singularum litterarum videntur superfuisse; in fine pro FIL exhibetur III.